Quelle: http://manuscripta.at/?ID=42092
Copyright: Bozen/Bolzano, Museumsverein (Depot im Stadtmuseum)

mi. si possibile ē. transeat a me calix iste. Verumtamen ñ sicut
ego uolo. sed sicut tu. Et uenit ad discipulos. et inuenit eos dor
mientes. et dicit petro. Non potuisti una hora uigilare
mecum? Vigilate et orate. ut ne intretis in temptacionem. Spiritus
quidem promptus ē. caro autem infirma. Iterum secundo abiit. et orauit
dicens. Pater mi. si nō potest hic calix transire nisi bibam illum. fiat
uoluntas tua. Et uenit iterum. et inuenit eos dormientes. Erant enim oculi eorum grauati. Et relictis illis. iterum abiit et orauit
tertio eundem sermonem. Tunc uenit ad discipulos suos.
et dicit illis. Dormite iam. et requiescite. Ecce appropinqua
bit hora. et filius hominis tradetur. in manus peccatorum. Surgite eamus.
Ecce appropinquabit. qui me tradet. Adhuc ipso loquente.
ecce iudas unus de duodecim uenit. et cum eo turba multa cum
gladis et fustibus. missi a principibus sacerdotum. et senioribus
populi. Qui autem tradidit eum. dedit eis signum dicens. Quemcumque
osculatus fuero. ipse ē tenete eum. Et continuo accedens ad ihesum
dixit. Aue rabbi. Et osculatus ē eum. Dixitque illi ihesus. Amice. ad
quid uenisti? Tunc accesserunt et manus inicerunt in ihesum.
et tenuerunt eum. Et ecce unus ex illis qui erant cum ihesu. extenuit
gladium suum. et percutiens seruum principis sacerdotum. et amputa
uit auriculam eius dexteram. Tunc ait illi ihesus. Conuerte gladi
um tuum in locum suum. Omnes enim qui acceperint gladium. gladio peribunt.
An putas quia non possum rogare patrem meum. et exhibebit mihi hodie
plusquam duodecim legiones angelorum? Quomodo ergo impleburntur
scripture prophetarum? Quia sic oportet fieri. In illa hora. dixit ihesus tur
bis. Tamquam ad latronem existis cum gladis et fustibus comprehendere me? Cotidie apud uos eram docens in templo. et nō